NICETAS REMESIANENSIS. ORIGENES
4. Viertel 12. Jh.
Seite 7r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36550
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



frangebant. et media cum interiora separabat aspera. et bene purgata.
Purgat nanq; omnes sordes presentia sui spe remissionem tribuens peccatorum.
Oremus igitur; mihi huic sacrificio infundit. & thus suauitatis. per quod bonus odor effi-
citur. Post hi de sacrificiis salutaribus dicit quod ex animalibus. id est bubus. ut capris. et
ouibus; offerunt. & nichil his ultra substituit ad immolandum. sed ne aues quas-
dam que supra inoffensis muneribus substituere fuerant. Iste enim qui salu-
tares ostias offert. sine dubio iam suae salutis esse diuis. et ideo qua ad salutem
pertinent necesse est ut quae magna sint offerat. Sic enim & apostolus dicit. Perfectorum
autem est cibus solidus. De hinc ad offerendas pro peccatis uictimas. sacerdotum
ordo distinguitur. in quo & secundo dicitur. Locutus est dominus ad moysen dicens. Anima
que cum; peccauerit coram domino in uoluntate. Recte aiam dicit. quam peccare
describit. Non enim spiritum uocauit. quem dicere peccatorem. sed ne hominem quem de
hinc dicere. in quem nequaquam imago dei peccato interueniente existaret. Non
est igitur spiritus ille qui peccat. Fructus enim spiritus ut describit apostolus caritas est. gaudium.
pax. patientia. & cetera his similia. quae fructus uitae appellantur. Denique alibi
dicit. Qui seminat in carne. de carne & metet corruptionem. & qui seminat
in spiritu. de spiritu metet uitam eternam. Quo igitur alius est qui seminat. & alius est in quo
seminatur. Seminatur autem ut in carne ut metatur corruptio. et in spiritu cum secundum
dominum uiuitur. ut metatur uita eterna. Estque anima ipsa quae in carne. et in spiritu semi-
nat. & illum ipsum qui in peccatum ruere potest. ut cuerti a peccato. Nam corpus sequi-
tur eum ipsum. ad quem cum; diuinitus. & spiritus dux eius est ad uirtutem. si eum sequi uelit. Sed hi
generaliter dicta sint. Nunc igitur species diuidunt. Si pontifex iquit qui unctus
est peccauerit ut populum facere peccare. offert pro peccato suo uitulum de bu-
bus sine macula domino. Terror simul & minia in diuinis legibus ostentatur; ita
ne tandem michi timui sint. nec pontifex quidem. & qui pontificat. ipse qui unctus
est. ipse qui sacris ignibus diuina succendit altaria. qui dono munera & salutares
hostias immolat. quem inter dominum & homines medium qui dedit reppiciat or interue
nit. ne iste in qua ipse munus maneat ac tagione. Ipse in ad hebreos
scribens dicit. Omnis nanq; pontifex ab hominibus assumptus pro hominibus
constituitur. ad offerendas hostias domino. Et paulo post inquit. Hec homines con-
stituit sacerdotes infirmitatem habentes. ut possint sic pro sua ita & pro popu-
li infirmitate offerre. Videsne quam dispensatione deum sapientiae sacerdotes
statuit. ne eos quomodo omnino peccare non possent. Duo quum non essent homines.